UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Palladio Diacono. 145.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

tur, eandem naturam eſſe declararent, quæ autem ſingularem numerum excederent, perſonarum proprietatem, quæ in vnam eſſentiam colligeretur, indicarent. Etenim varias ac diſſidentes naturas docere, Gẽtilitium eſt: vnam autem perſonam ſeu hypoſtaſim, Iudaicum. At perſonas in ſanctam Trinitatem dilatare, atque in vnam eſſentiam colligere, rectiſſimum ac veriſſimum dogma eſt.

Eutonio Diacono. 144.

Matt. 13. Illud, Alius centũ, alius ſexaginta, alius triginta, virginitatem & continentiam & matrimonium ſignificare poteſt. Poteſt etiam rurſum animæ inſtitutionem & corporis miniſterium, & pecuniarum largitionem deſignare. Maius enim ac præſtãtius eſt animæ ſalutem afferre, quàm per corpus miniſterium præſtare, aut etiam pecunias largiri. Illud enim cum laboribus ac ſudoribus efficitur: hoc autem ex rebus externis & aduentitiis præſtatur.

Palladio Diacono. 145.

Ne dum per inficiationem id aucuparis, vt minimè erraſſe videaris, in aliud peccatum incidas (nemo enim malo malũ curat, incredibilis enim cuiuſdam abſurditatis hoc quidem etiam apud externos ac prophanos eſſe cẽſetur:) verũ per pœnitentiam allata peccato medicina in eũ ſtatum te adducas, vt non iam ampliùs pecces.

Caſio Scholaſtico. 146.

Tu quidem pecuniarum atque opum deſiderio teneri videris, & quia incurabili morbo laboras, excuſationémque huius culpæ captas, Demoſthenem, (qui his verbis vſus ſit, Opibus autem ac pecuniis opus eſt: ac ſine iis, nihil eorum, quæ in rẽ ſunt, fieri poteſt) aduerſus nos armis inſtruxiſſe, vt qui inuicto Oratori reluctari minimè audeamus. Ego verò, quoniam tu in multis quidem tuis verbis meritò pau-

στάσεων ἰδιότητος τῆς εἰς μίαν οὐσίαν συναναγομένης. τὸ μὲν γὰρ διαφόρους φύσεις ὑποτίθεσθαι, ἑλληνικόν. τὸ δὲ ἓν πρόσωπον, ἤγουν μίαν ὑπόστασιν, Ἰουδαϊκόν. τὸ δὲ πλατύνοντα εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα τὰς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐσίαν συνάγειν, ὀρθότατόν ἐστι καὶ ἀληθέστατον δόγμα.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. ρμδ.

Τὸ, Ο μὲν ἑκατόν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα, δύναται μὲν τὴν παρθενίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν, καὶ τὸν τίμιον γάμον μηνύειν. δύναται δὲ καὶ τῆς ψυχῆς τὴν διδασκαλίαν, τοῦ δὲ σώματος τὴν διακονίαν, τῶν δὲ χρημάτων τὴν ἐπίδοσιν δηλοῦν. μᾶλλον γάρ ἐστι τὸ σώζειν ψυχήν, τοῦ διὰ σώματος τὴν διακονίαν πληροῦν. ὥσπερ καὶ αὐτῆς τῆς τῶν χρημάτων χορηγίας. ἡ μὲν γὰρ μεθ' ἱδρώτων καὶ πόνων γίνεται. ἡ δὲ ἐκ τῶν ἔξωθεν προσόντων πληροῦται.

Παλλαδίῳ διακόνῳ. ρμε.

Μὴ τῇ ἀρνήσει τὸ μὴ ἐσφάλθαι δοκεῖν θηρώμενος εἰς ἄλλο ἐκπέσῃς πλημμέλημα. οὐδεὶς γὰρ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶται. ὑπερβολὴ γὰρ ἀτοπίας τοῦτόγε, καὶ παρὰ τῆς ἔξωθεν εἶναι κέκριται. ἀλλὰ τῇ μετανοίᾳ τὸ πταῖσμα ἰασάμενος, εἰς τὸ μηκέτι ἁμαρτάνειν κατάστησον σαυτόν.

Κασίῳ σχολαστικῷ. ρμϛ.

Αὐτὸς μὲν ὡς ἔοικας χρημάτων ἐρᾷν, καὶ διὰ τὸ ἀνηκέστῳ νοσήματι κεκρατῆσθαι ἀπολογίαν τε τοῦ τοιούτου πταίσματος θηρᾶσθαι τὸν Δημοσθένην εἰρηκότα, δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων. ἐξωπλικέναι. ὡς ἀντιπεῖν οὐ τολμῶσιν ἀμαχωρήτῳ ὄντι. ἐγὼ δὲ ἐπειδὴ σοῦ μὲν τοῖς πολλοῖς λόγος εἰκότως ὀλίγος. τοῦ δὲ ῥήτορος πολὺς, ἅτε ἐν τῷ

πικρῷ